UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. Historia belli utrinq[ue] inter Reges gesti, in genere monet de bellorum causis, incertis euentibus, & horrendis calamitatibus, quibus per bella Deus scelera hominum punit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

tibus, quibus per bella Deus ſcelera hominum punit.

II. *Quod pÿs conceſſum ſit legitimum bellum gerere, & alia officia politica obire.*

III. *Exemplum Heroicæ fortitudinis in Abraham.*

IIII. *DE SACERDOTIO Melchiſedek.*

I.

DE BELLORVM CAVſis, incertis Euentibus, & calamitatibus.

Etſi quædam ſunt iuſta, legitima, ac fœlicia bella, quæ uel defenſionis, uel rerum recuperandarum cauſa ſuſcipiuntur, uel pœnæ ſunt, quas exercet legitimus magiſtratus: Tamen pleraq; bella in tota mundi hiſtoria, cum à Diaboli & hominum furoribus, ut cupiditate antecellentiæ, inuidia, ardore uindictæ, oriantur, tantum ſunt fœda latrocinia & pœnæ, quas Deus in genere humano graſſari permittit, ut horrendam iram ſuam aduerſus peccata declaret. Ita huius quoq; belli principales cauſæ ſunt,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccata utriuſq; partis Regum & Subditorum, Deus *iuſto iudicio punit, per ingentes calami-* *quas omne bellum etiam fœliciſsimum affert.* ἀφορ- μὴ *uero ſeu occaſio belli eſt defectio, & rebel-* *quinq;* Regum, *quos caſtigatos ad obedientiam* *uocare & florentiſsimam illam terræ partem* *ſubijcere* Chaldæi *conantur . Vt autem* Chaldæi *ctores denuo ab* Abraham *uicti cæduntur & fuga-* *tur. Sic omnium bellorum incerti euentus ſunt,* Mars *communis, qui ſæpe ſpoliantem iam & ex-* *tantem euertit , ut dicitur.* ξυνὸς ἐνυάλιος καὶ κτανεόντα κατέκτα. *Item* Thucidides *in-* ἥκιστα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ. *Hoc* Nuſquam *minus quam in bello euentus conſilijs re-* *ſpondent .* Item, πόλεμον οὐχ ὑπάρχει ἐιδ- κατότι χωρήσει.

II.

QVOD PIIS CONCES- ſum ſit Legitimum bellum gerere & confœderatum eſſe.

Ideo Deus *inſeuit naturæ* ςοργὰς, *ut incitent* *ſui & ſuorum conſeruationem.* Quare *omnis legi-* *tima defenſio noſtri & noſtrorum, iure natura,* *eſt, diuino conceſſa eſt .* Recte *igitur & pie*

Abra-